Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25888
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Clamauerũt iusti et dñs exaudiuit eos et omnibus tribu
lationibus eorũ liberauit eos ps Benedicam domino
omni tempore semper laus eius in ore meo Graduale Glo
riosus deus in sanctis suis mirabilis in maiestate faciens p
digia v Dextera tua dne glorificata est in virtute dextera tua
confregit inimicũ GR Clamauerũt iusti et dñs exau
diuit eos et omnibus tribulationibus eor liberauit eos v Iuxta
est dns his qui tribulato sunt corde et humiles spiritu saluabit
GR Iustorũ anime in manu dei sunt et non tanget illos tor
mentũ mortis v Visi sunt oculis insipientũ mori aut illi
sunt in pace GR Vindica dne sanguinẽ sanctorũ tuorũ qui effu
sus est v Posuerũt mortalia seruorũ tuorũ escas volatilibus
celi carnes sanctorũ tuorũ bestiis terre GR Exultabũt sancti
in gloria letabũtur in cubilibus suis v Cantate domino can
ticũ nouũ laus eius in ecclia sanctorũ Alla v Letamini in domino
et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde Alla v Exultent
iusti in conspectu dei et delectentur in letitia Alla v Iusti epulẽ
tur et exultent in conspectu dei et delectentur in letitia Alla v
Iusti aut in perpetuũ viuent et apud dnm est merces eorum
O Beata beatorũ martyrũ sole cuncta O decora re Prosa
colenda victor certaminũ O ignis dignus fulget signis et
floreus virtutibus Illos semper condecenter ueneremur laudi
bus Qui toto corde toto adhesere dno Et in vicis sunt addicti
ad tela martyrũ O carceran tetradam tormentorũ gra Igne lesi
ferro celi petiuerũt plumam O viri sunt forti ceduntur more ca
rnis pro meritis ut electi sunt adepti beatorũ prima Per contẽp
tum mundanorũ et pterita forcia meruerũt angelorũ consor
tia Ergo facti coheredes xpo in celestib? Apud ipm nos nra
promouete precibus Ut post hymnis finem iste et post tristicia
Inpheum mereamur exultari gloria Off Letamini in dno
et exultate iusti et gloriamini omnes recti corde Off Mirabi
lis deus in sanctis suis deus isrl ipse dabit virtutẽ et fortitudinẽ